

LIBER XXXII.

1366–1368

1

Καλοῦνται νὰ δηλώσωσι τὰς ζημίας των οἱ παθόντες κατὰ τὴν διάρκειαν τῆς ἐπαναστάσεως ἐν Κρήτῃ, διδομένης προθεσμίας ἔτους εἰς τοὺς ἐκτὸς τῆς Βενετίας εὐρισκομένους. 1366, Νοεμβρίου 15.

F^o 23^{to} Millesimo trecentesimo LXVI, die XV Nouembris.

Capta. Cum aliqui nostri ciues conquerantur asserentes se esse damnificatos in Candida et in insula Crete tempore rebellionis et causa rebellionis et huiusmodi negotium fuerit commissum examinandum nostris officialibus rationum, consulunt dicti officiales et ita uadit pars quod cridetur publice in scalis Riualti et sancti Marci quod omnes illi qui uellent dicere se fore damnificatos tempore rebellionis et causa illius debeant se facere scribi ad officium dictorum officialium rationum si sint presentes in Venecijs a nunc usque quindecim dies proxime futuros. Et si aliqui forent extra Venecias a nunc usque ad unum annum proxime futurum. Uerum si aliqui eorum uenirent ante dictum terminum teneantur et debeant, postquam applicuerint Uenecijs fecisse se scribi infra quindecim dies. Si vero aliqui post dictos terminos elapsos uellent aliquid petere seu deponere de damnis predictis et non fecissent se scribi, non possint amplius audire. Item si aliquis uel aliqui facerent se scribi debere habere pro dictis damnis et non deberent habere cadant ad penam soldorum quinque pro libra eius pluris quod ipse deposuisset, que pena deueniat in nostrum commune. Non sincere 4—de non 2—reliqui de parte.

2

Ἐπίσης καλοῦνται ὅπως ἀποδώσωσιν οἱ κατέχοντες κλοπιμαῖα, κλαπέντα κατὰ τὴν ἐπανάστασιν καὶ κατὰ τὴν ἀνάκτησιν τῆς πόλεως Χάνδακος ἐντὸς δέκα πέντε ἡμερῶν. Δίδεται προθεσμία εἰς τοὺς μακρὰν τῆς Βενετίας δέκα πέντε ἡμερῶν μετὰ τὴν ἄφιξίν των. Προβλέπονται ποιναί. 1366, Νοεμβρίου 15.

